e 147

IVSTI LIPSI
DE CRVCE
LIBRI TRES

Ad ſacram profanámque hiſtoriam vtiles.

Vnà cum NOTIS.

Editio quarta, ſeriò caſtigata.

ANTVERPIÆ,
EX OFFICINA PLANTINIANA,
Apud Ioannem Moretum.
M. D. XCIX.
Cum Priuilegijs Cæſareo & Regio.

AD
TRES ORDINES
BRABANTIAE
ANTISTITES
NOBILES
MAGISTRATVS.

LIBELLOS de CRVCE quos ſcripſi, meritiſſimò ad vos defero, patrię noſtrę primores viri. Primùm, quia in ſolo veſtro concepti natique ſunt, in hac Louanienſi vrbe: tum quia aura fauoris veſtri elicuit, qui me benignè huc arceſſendum putaſtis, bono rei litterariæ & iuuentutis. Laudo hunc animum, atque etiam miror. qui in tot circumſtantibus turbis, & cùm vndique inſonuit bellorum tuba; tibias tamen & fiſtulas, vt ſic dicam, Muſarum cogitatis, & pacis artes neglectum non itis inter media arma. Quod rectè & vtiliter à vobis fieri, prudentes magis ſentiunt quàm vulgus. Nam reuera, inclyti Ordines, hæc

IVSTI LIPSI DE CRVCE LIBER I.

CAP. I.

Precatiuncula. Materies & ordo operis.

AGGREDIOR de CRVCE ſcribere, ſed tuam priùs opem auxiliumq́ue inuocans qui eam conſecraſti, & infame illud lignum inſtrumentum feciſti publicæ ſalutis. Tu Deus à Deo genite, homo ex homine genite, hominibus genite, da mihi vera, da recta ſcribere, tibi in honorem, Cruci in ſplendorem, nobis in fructum. Materies & ordo mei operis iſte. *Quid* Crux, & *Cuiuſmodi* fuerit: *Vbi*, *Quare*, *Quomodo*, & *Quatenus* vſurpata. Hæc omnia non diſtinctè ſolùm, ſed diffuſè dicam: nec diſplicebit accuratio illi, cui ſalutare hoc ſignum placebit.

Heraclij Imp. nummus aereus.

Nec tamen Iuſtinianus inuenti eius auctor: exſtāt Theodoſij aliorumq́. nummi ſic inſigniti diu ante illū. Quin obſeruo Principes Bizantinos in progreſſibus publicis crucem hanc prætuliſſe ſuâpte manu. Ioannes Curopalates: Ἀπὸ μὲν οὖν τῶν τοιούτων φορημάτων φορεῖ ὁ βασιλεὺς οἷα ἂν βούλοιτο, τὸν δέ γε σταυρὸν ἐν δεξιᾷ φέρει ἀεί. *E reliquis geſtaminibus geſtat Imperator quæ voluerit cunque: Crucem autem dexterâ ſemper geſtat.* Atque infrà: Καὶ τῇ μὲν δεξιᾷ χειρὶ κατέχει τὸν σταυρὸν, ὡς συνήθες ἐστὶ κρατεῖν τὸν βασιλέα ὅταν καὶ τὸ στέμμα φορεῖ: *Et dextrâ quidem manu tenet crucem, ſicut ſollenne eſt teneri ab Imperatore, quoties & Stemma fert*, id eſt diadema. Ab hoc ritu etiamnunc crucifer ille globus inter Sacri illius Imperij inſignia: quod tu RVDOLPHE CAESAR per tot inclytos maiores ad te miſſum tenes, tenebiſque diu (ita voueo) bono Chriſtiani orbis.

Lib. De Offic. Aulæ. Conſtant.

ANTVERPIÆ,
EX OFFICINA PLANTINIANA,
APVD IOANNEM MORETVM.
M. D. XCIX.

ET